



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 8. De effectibus, seu fructibus orationis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

ris sunt considerationes de peccatis, de virtutibus & vitiis, de quatuor nonissimis; morte, iudicio extremo, inferno, & paradiſo; de vita, morte, & passione Christi, & de aliis Dei beneficiis. Contemplatio vero constituit in consideratione finis vita spiritualis, prius Dei, & diuinorum attributorum ipsius ut in se sunt, ideoque tardior in ea admittitur discursus, seu inquisicio, sed simplex & humilis per fidem intuitus, cum in meditatione plerumque discursus admittitur, de cuius usu praelata instituto habetur edita a P. Francisco Aria, quoniam interfecit De mentali oratione.

48. Vocalis vero quedam est communis, & quedam priuata Communis dicitur, que fit ab Ecclesiastico ministro (*qua appellatione venire, tum Religiosum, tum sacralem Clericam notat Nauarr. in tractatu de oratione cap. 20. num. 40.*) nomine totius populi: eo scilicet modo quo exprimitur cum dicitur in libro de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 30. Cum sanctarum plebius preceps demandata sibi legatione funguntur apud diuinam clementiam; humani generis agunt causam & tota secum Ecclesiam congerimenter, postulant & presentantur. Priuata oratio vero dicitur, que fit ab unoquoque priuata in pro se vel per alium. De hac intelligitur illud prioris ad Timoth. 2. capite. *Volo viros ora et in omni loco, quantes puras manus sine ira & discepitione.* Ita quae potest dupliciter: uno modo, verbis certis ab Ecclesia institutis & determinatis: altero modo, verbis que quisque sibi arbitrio suo composuerit pro suo pio affectu. Prior autem longe melior est, ac auctoriter multis nominibus: maxime autem, quod cum vis orationis consistat portulatum in hoc, ut nobis diuinum saeorem conciliem formulare orandi ad id accommodatores sumit illa quae Spiritus ipse diuinus distinxerit: quia dicitur quidem (*ut inquit Apostolus ad Rom. 8.*) *Qui si oremus sicut oportet nescimus; sed si ipse Spiritus postularit pro nobis gemini bus in membrabilibus.* In illo enim orationibus & impressis in oratione dominica, Deas suas agnoscat voces, & quasi proprium suum, aut familiare idioma; rebus, personis, loco, tempore, qua ratione decet ita accommodari, ut illud ei perplaceat, & ad insinuandos nos in ipsius gratiam maximè valeat. Vnde merito Apostoli Christum dominum rogarunt *Luc. 1.1.* Domine doce nos orare, sicut Iohannes docuit discipulos suis.]

49. Item bona oratio est, que fit seruatis omnibus conditionibus debitis, de quibus in sequentibus: mala vero cui aliqua ex debitis conditionibus deest: iuxta illud ex D. Dionysio communiter receptum ab omnibus (*tegl. Nauarr. in tractatu cap. 6. num. 2.*) Bonum est ex integrâ causa, malum autem ex singulâribus defectibus. Duplex autem est mala oratio: una quae dicitur mala ex obiecto malo: nempe qua petitur aliquod malum: ut vindicta privata de inimico, aut aliud id genus moraliter malum. Altera dicitur mala ex circumstantiis: qualis est quae usi petatur bonum, non petitur tamen id quod, propter, a quo, ubi, quando quomodo, aut pro quo debet: *de qua in eodem cap. 6. multa Nauarrus.*

50. Bona quoque oratio distinguitur rursus, quod quedam sit mortua: cuiusmodi est oratio existens in peccato mortali; nam in eo quoque statu potest homo multa bona, & Deo grata, *quamvis meritoria non sint*, facere opera: nisi oret, aut opus aliud faciat peccando actu, vel proponendo peccare, seu Deum offendere: qua ratione damnatur in facie Scriptura oratio peccatoris, prout bene tractatum videri potest apud Med. in Cod. de oratione, quest. 12. Neque ipsa proficit: sive de iustitia, sive etiam de liberalitate, sed nocet potius, vt pote quae penitentia meritoria, prout bene docet Nauarr. in prius cit. cap. 20. num. 35. & 36. eaque de causa dicitur mortifera. Quaedam vero fit viua; cuiusmodi est oratio iusti seu existens in Dei gratia: *de qua Psal. 33. Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum.* [Vbi aduerte non esse idem, quod oratio fit viua, & quod fit efficax (etiam si illa maxime oratio efficax sit, quae viua est) quod oratio mortua potest esse efficax, (sive qua impetratur quod petitur prout patet per dicenda in seq. num. 59. & 68. Aduerte quoque ex Nauarr. in eod. num. 36. quod et si aliquis peccet (sive mortaliter sive venialiter.) dicendo aliquam patrem Missa aut unius horae canonica, non ideo tamen recitationem totius peccatum esse ac nullius meriti sed solum talis partis ma-

lam recitationem: ideoque euitandum esse, ut cum primum ad talia peccatum adverterimus, recitando aliquam partem, corrigamus nos statim ac emendemus.

De divisione orationis sumptus ex priori ad Timoth. cap. 2. in obsecrationem, orationem peculiariter sic dictam, postulationem, & gratiarum actionem, videri potest Bellarm. in *Contraquer. de bonis operibus lib. 1. cap. 2.* illius explicacionem late persequens. Nobis potest sufficere quod habetur ex D. Thom. in cit. quest. 83. art. 17. eam divisionem sic posse accipi: ut obsecratio sit, quae petitur a Deo quidpiam, proposita ratione aliqua, ducta ex quapiam re sacra ob quam sit impetrandum id ipsum quod petitur, ut ex diuina bonitate, aut ex passione Christi. Oratio vero sit actus ipse orandi, vocationis etiam habet quemdam mentis ascensum ad Deum. Postulatio autem sit idem actus, prout est petitio huius, vel illius beneficiorum pro futura aut pro praesente vita. Gratiarum denique actio sit quatenus eidem petitioni premitimus aut subiungimus Dei laudem in signum gratiarum erga eum animi. Hec D. Thomas explicat per orationem de sancta Trinitate. Nam ut in ea dicitur, Omnipotens semper trinitas Deus, oratio est; ut vero additur: Qui de disti famulis tuis in confessione veritatem fidei aeternam Trinitatis gloriam agnoscere, gratiarum actio est; ut autem adiungitur: Tribue quas sumus ut ei auctem fidei similitate ab omnibus semper impetrari aduersis, postulatio est: ut deum ponatur. Per Dominum nostrum, &c. obsecratio est.

CAPUT OCTAVUM.

De effectibus seu fructibus orationis.

S U M M A R I U M.

52. *Orationis quadruplex effectus principis; meritum, satisfactione, im- petratio, & spiritualis refectio animae.*
53. *Oratio ut meritoria sit, & satisfactoria debet profecta esse a charitate.*
54. *Id ipsum necessarium non est, nec etiam semper sufficiens, ut sit im- petratoria.*
55. *Conditiones requisite in oratione, ut suum impetrandi effectum certioriatur.*
56. *Fides requisite.*
57. *Spes item.*
58. *Item que charitas.*
59. *Modi quibus contingit peccatores impetrare quod petunt in oratione.*
60. *Quae peccata impetracioni orationis obstat specie altera, ex sacrificiis habentur.*
61. *Humilitas item, deuotio que requisita.*
62. *De perseverantia requirita.*
63. *De conditione, ut pro nobis petamus.*
64. *De conditione ut petamus necessaria vel utilia.*
65. *De fructibus orationis iusti, factis pro vita funditis.*
66. *De fructibus fidei pro virtute.*
67. *De fructibus orationis factis a peccatore pro aliis.*
68. *De fructibus orationis factis a peccatore pro aliis.*

F Ructus seu fructuosos effectus orationis innumerabiles esse, satis indicant illa verba Domini Ioh. 14. Quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam. [Et Ioh. 16. Quidquid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis.]

Quatuor autem numerantur primarij; meritum, satisfactione, impetratio, & spiritualis refectio animae; quos orans consequitur; quia oratio quatenus actus bonus, meritoria esse potest; quatenus vero penitentia, satisfactoria penitentia pro pecatis debet; & quatenus petitio quædam, impetratoria esse: facta autem cum debita attentione, potest animam spirituali gaudio, & consolatione ex consilio Dei reficeri.

Atque ad meritum & satisfactionem, in bona oratione (sicut & in ceteris actibus boni meritoris, & satisfactorii) requiritur ut profecta sit ex charitate, ut vocant, via seu hominis adhuc in hac vita constituti. Quæ conditio (de qua in priori ad Corinth. cap. 13.) necessaria est ad quodcumque bonum opus ut nobis prospicit in ordine ad aeternam salutem, a Christo promissam bene agentibus, prout omnium sententiam esse notat Nauarr. de oratione cap. 20. num. 33. conclu. 2. Quod idem dicens initio precedentis cap. 8. addit

num. 3.

num. 3. & 4. id ipsum esse quoque sentiendum de oratione, quæ quantumvis facta sit ab existente in gratia aliquo respectu tamen peccatum est saltem veniale: non obstante quod alii omnibus respectibus sit optima. Nullum enim peccatum est Deo gratum & acceptum iuxta illud *Psal. 5.* Non Deus volens iniqui atem tu es] & illud *Psal. 65.* Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.

54. Ad imprecatiōnēm vero, nec absoluē necessaria est charitas; cum *Luce 18.* Publicanus qui erat peccator, & ideo extra charitatem indulgentiam impreceauerit orans, Deus propius esto mihi peccatori. Nec item semper est sufficiens: vt patet ex eo quod D. *Papulus, ex postler. ad Corinth. cap. 12.* roga-uerit sibi auferri carnis stimulum, nec tamen impreceauerit, quantumvis maximè seruens effētū charitatis, iuxta illud *Rom. 8.* Quis nos separabit à charitate Christi &c. Quod declaratum Augustini verbis habes apud *Azorium 1. part. Moral. inst. lib. 9. cap. 6. quæst. 34.* Sed dices scripturam sacram vide i absolute iustis orantibus promittere imprecatiōnē eorum quæ postulauerint: vt cum *Ioannis 15.* dicitur: Si manceritis in me, & verba mea in vobis mancerint, quodcumque volueritis petere, & fieri vobis.] Respondetur, promittere bene perentibus, ut satis indicavit D. *Iacobus cum in cap. 4. sua epistole dixit:* Peccatis & non accipitis eo quod male peratis.] Bene perere autem censemur qui conditions seruat, quas Dei voluntate iustis promissio includit, vt suum impreceandū effēctū certò & infallibiliter sortiri debeat: quia in quidem voluntate facere literā declarat, cum tales conditions requirunt ad impreceandum quod pertinet in oratione.

Suntautem ex D. *Tho. 22. quæst. 83. art. 15.* ad 2. vt qui orat postulat, pīe 2. perseuerant 3. pro se. 4. necessaria ad salutem. Qui idem indicat in corpore eiusdem art. ad pīe petendunt requiri fidem, spem, charitatem, humilitatem, & deuotio-rem. De quibus omnibus plenius Bellarm. in controversia de bonis operibus, lib. 1. cap. 9. Quæ ad nostrum institutum sufficiente attingemus paucis.

Requisita ad orationem, ut effectum suum impreceandi certò fortioriatur.

SECTIO PRIOR.

55. **P**rimò igitur requiri fidem patet per illud ad *Rom. 10.* Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt:] & illud *Iacobi.* Postuler in fide nihil haesitans.] Itemque illud Domini *Matth. 21.* & *Marii 11.* Si habueritis fidem, & haesitaeritis, non solum de fideliae facies, sed & si huic monti dixeritis. Tolle, & lactate in mare, fiet & omnia quecumque perieritis in oratione credentes accipietis.] Quæ fides, vt bene idem Bellar. declarat, non est vt credamus Deum absolute facturum quod petimus, sed solum vt certò credamus Deum esse potentissimum, sapientissimum, benignissimum ac fidelissimum deoque & posse & scire ac etiam velle face-re quod petimus, si non si ex nostra parte defectus in orādo, de quo quia certi esse non possumus: nec consequenter scire certò possimus, an quod a Deo perimus consequentur simus, Vnde lumen ratio illius quod habeat. Nauar. in tract. de oratione cap. 19. num. 160. remunerat atque adeo superstitiosum est se, sibi certò persuadere, quod quis dicendo orationem Dominicā & Salutationem Angelicam tali dicit, aut tali loco, aut tali modo, fortunatus erit in contrahendo matrimonio, aut prosperum habebit successum in suscepto negotio, aut non morietur fabiō, aut eiusmodi aliquid quod oportet, necessario consequitur. Sicutem id dicitur de omnibus præfiantissimis orationibus, quid quæsto dicendum erit de ceteris: is quæ longe minus, & interdum nihil habent authoritatem?

56. Secundò requiri spem seu fiduciam, quæ diuina benignitati firmiter ininxiri, certò confidamus Deum facturum esse quod petimus iuxta illud *Psa. 90.* Quoniam in me sperauit liberabo eum: clamauit ad me, & ego exaudiem eum.] & illud in priori ad *Timoth. cap. 5.* Quæ autem verè vidua est & desolata speret in Deum, & infest obsecrationibus & orationibus nocte & die.] Itemque illud ad *Hebr. 4.* Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.] Accedit quod scriptura sacra ad impreceandum, in oratione requirat talē fidem, ex qua istiusmodi fiducia nascetur: vt patet ex verbis Domini *Matth. cap. 21.* & *Marii 11.* antecitatiss. Hinc (vt Bel-

larminus annotat ex Cassiano) certum imprecatiōnē signum est, quod quis in oratione fenserit magnam impreceandū fiduciam: Deo scilicet in corde orantis; quandam lætitiae suavitatem infundente.

Tertiò requiri charitatem quæ bene affectat ad Deum, obsequiam mandatis ipsius, & viceversa offensas eiusdem, conflat per illud *Ioan. 15.* Si manceritis in me, & verba mea in vobis mancerint, quodcumque volueritis petere, & fieri vobis.] & per illud eiusdem *Ioan. in 1. sua Canonica cap. 3.* Charissimi si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quidquid petierimus accipiemus ab eo: quoniam natacula eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus.] Addit & per illud in *Psal. 6.* Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.] Iniqui enī tanquam habentes manus plenas Christi sanguine (vtpote filii mei ipsi illum rursum crucifigentes ex cap. 6: ad *Hebr. versu. 6.* non exaudientur ab aeterno patre: ipsi dicente apud *Isaiam cap. 1.* Cum multiplicaveritis orationem non exaudiam, n̄ manus enim vestræ plena sanguine sunt. Quem locum D. *Basilis præclara similitudine illustrat.* Iniquiens, velut si quispiam filium vnicè dilectum nec tradiderit, itaque manus sanguine cruentata supplicē preces porrigit ad patrem: an non responderemus, filii sanguinem in manibus filicidae, acius exacerbare patrem tali iniuria affectum.

Quod si peccatores quædam à Deo imprecent, id non est tribuendum virtutē Orationis ipsorum, sed vel virtutē fidei in Christum: sicut & perpetratio miraculorum, de qua Domino, dicitur sunt regnū ex D. *Matth. cap. 7.* Nonne in nomine tuo dæmonia esse simus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?] aut certè ita Dei: vi quod Iraëlitæ in deserto impreceaverunt catnes, ex cap. 11. Numeror. de quo in *Psal. 77.* Aduicere eorum erant in ore ipsorum, & in Dei descendit super eos.] Aut demum extraordinariæ cuidam benignitati, quæ Deus vult peccatorem beneficijs afficeret, ut ipsum alliciat ad authorem suum. Addit quod etiā peccatores, cum rehipiscunt, vitamque emendare firmiter statuant, plerique ex Dei misericordia: qua dignatur etiam indignis subveniri in necessariis: exaudiantur pro scipsis orantes (alioquin enim frustra horaretur Sapiens *Ecclesiastici cap. 21.* Fili, peccati non adiicias iterum: sed & de primitis deprecate, vt tibi dimittantur) non exaudiri tamē in infallibilitate: vt Bellarm. colligit ex particulis *famē & Quis sit?* quibus Scriptura viuit longe.] verbu. 6. & *Iocelis 2. ver. 14.*

Peccata autem specialiter obstatia, quoniam in oratione postulara impreceamus, hæc in sacris literis expressa habentur. Primo homicidium, iuxta ante citata *Isaiæ* verba, Secundò iurgium & rixa, iuxta illud prioris ad *Timoth. 2.* Volo viros orare in omni loco levantes puras manus, sine ira, & disceptatione.] Tertiò implacabilitas, iuxta illud quod *Matt. 6.* Dominus orare docuit: Dimite nobis debita nostra, sicut & nos domitiimus debitoribus nostris.] Quartò dureties & inhumanitas erga eagentes, iuxta illud *Prover. 21.* Qui obcurat aures suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit & non exaudietur. Quintò superbia iuxta illud *Psal. 101.* Recepit in Orationem humiliū & non spreuit preces eorum] inacto ex eo ex 1. *Petr. 5.* Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.] Pox etiā contemptus diuinorum: iuxta illud *Proverb. 28.* Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

Quartò, requiri humilitatem, quæ is qui orat non in sua iustitia, sed in Dei benignitate nitatur, ostendit Dominus *Luc. 18.* per parabolam Publicani, & Pharisæi: eam dirigens ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti & affermabantur ceteros. Paret quoque per illud *Danielis nono.* Neque enim in iustificationibus nostris posternimius preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.

Accedit quod qui ad misericordiam flectere vult, debeat se, vt solens mendicem, pro misero gerere, quod est humiliatis; de qua habentur antecitatum ex *Psal. 101.* & illud *Ecclesiastici 35.* Oratio humiliantis se nubes penetrabit: & donec propinquet non consolabitur: & non discedet donec altissimus aspiciat.] Humiliatus autem sociam oportet esse admissorum scelerum recognitionem, & de estimationem cum aliquo

58.

59.

60.

61.

doloris sensu, iuxta illud *psalm. 50.* Cor contritum & humilatum Deus non despicias, &c. illud *Daniel. 3.* In animo contrito & spiritu humiliatus suscipiamur, &c.] Id quod satis patet ex peccatis exemplo, sanctis retro fecus pedes Domini & la chrymis illos rigantur.

Quintus de reuerentia deuotionem, id est, studium atten- dili- genter, & cum feroce orandi, constat per illud *Isai. 29.* citatum à Domino nostro *Matth. 15.* Populus hic labii me honorat. Cor autem eorum longè est à me] & per illud *Ierem. 48.* Ma- ledi-ctus qui facit opus Dei fraudulenter.] Atque hæc ha- ctem- nis de prima conditione, qua est petendi, necessaria ad in- fallibiliter impetrandum.

De secunda, qua est perseuerantie petendi, habetur do- ctrina Domini. *Luc. 11.* per parabolam quam proponit de eo, qui ob importunitatem petendi perseueranter, obtinuit ab amico panes quos habuit necessarios: & cum in sequenti cap. 8. ait, Oportet semper orare, & nunquam desistere.] Nam continuo aditilens parabolam de vidua qua per perseuerantiam in petendo extorxit à iudice iniquo sententiam & iudicium, significat illis verbis, scilicet nobis cum perseue- rantiam in orando requiret, quā reddamus idonei ad ac- cipiendum quod petimus: confidentem, non quidem in eovtab orationē nūquā cessemus (quod est nobis im- possibile in hac vita) sed ut nullas orandi occasiones stū no- dae siue interdiu oblatas negligamus. Quem sensum Bel- larminus praefat alius, qui (ut ipse meminit) datur tum eorumdem verborum, tum similium in sequenti cap. 21. Vigilate omni tempore orantes] & *Ecclesiasticus. cap. 18.* Nec im- pediaris orare semper] & 1. ad *Thess. cap. vlt.* Sine intermis- sione orate.]

De tertiâ conditione scilicet ut petamus pro nobis, non pro aliis. D. August. tract. 10. 2. in Ioannem ad eam atrauendam in- ducit illud *Ioan. 16.* Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Exaudiuntur, inquit, omnes Sancti pro scel- pis, non autem pro omnibus exaudiuntur, vel amicis vel inimicis suis, vel quibuslibet aliis; quia non vtcumque dic- etum est dabit, sed dabit vobis.] Inducit quoque potest ratio: quod scilicet, orationi prout ipsa ex Dei promissione est infallibiliter efficax, repugnat indispositio: quam orans nequita sollicitate orandi tollere in alio, sicut in seipso. Adverte vero, quod si talis conditio de oratione absolute intelligatur, ea minime deducatur ex verbis illis à D. August. alia: quandoquidem et repugnaret alioqui illud Iacobij. Orate pro inuicem ut saluemini. Itaque illud, dabit vobis, interpre- tatione extendi potest ad id quod daturialis intuitu nostri: si- cut euasi naufragium precibus D. Pauli, *Act. 27.* dicuntur ei- dem datū à Deo.

De postrema conditione, vi scilicet petamus necessaria, vel r- tilia ad eternam salutem, habetur illud 1. *Ioan. 5.* Hæc est fiducia quam habemus ad eum; quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos.] Quid autem secun- dum voluntatem eius petendum sit, satis indicatur per illud *Matth. 6.* Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis:] & plenissim per formulam orandi, quam in eodem cap. tradidit Dominus, quamque orationem Dominicam vocamus: de qua dicimus in sequentibus quantum sufficit ad praesens instruendum. Accedit ratio, quod ut à patre coelesti aliquid impetreremus, illud petendum sit in nomi- ne Filii sui Salvatoris nostri, qui nobis illud meruit. Quia igitur ea quæ Salvator noster nobis meruit sunt quæ ad eternam salutem nostram conducunt, talia sunt in oratione petenda, non autem contraria. Nam, ut bene ait D. August. in tract. 10. 2. in Ioannem: per illud *Ioan. 16.* Si quid petieritis Pa- trim in nomine meo, dabit vobis. Non petitur in nomine Salvato- ris, quidquid petitur contra rationem salutis. De attentione ex qua pender quærtus orationis effectus, qui est anima- re factio; dicetur postea commodius.

De effectibus seu fructibus orationis factis pro alijs.

SECTIO POSTERIOR.

Quæ hæc tenus dicta sunt locum habent maximè in ora- tione, quam quis pro se facit; iam dicendum est de ef- fectibus illius, quam siue iustus, siue peccator facit pro aliis: perstringemus autem paucis, quæ copiosius tradita videri

possunt apud Nauar. in tract. de orat. cap. 20. à num. 33. ad finem usque.

Igitur vel iustus orat pro iis qui sunt in celo, vel pro iis qui sunt in purgatorio, vel pro iis qui sunt in hoc mundo, vel pro iis qui sunt in inferno. Si orat pro iis qui sunt in celo ignorans eos esse in celo, oratio illius est ei meritaria, & satisfactoria perinde ac eleemosyna, quam misericordia motus faceret propter Deum alicui, quem bona fide puta re laborare necessitata. Sive vero iustus orat pro iis, quos ludic- cat esse in celo; oratio illius est reprehensibilis, tanquam proueniens ab errore, quo illos sua oratione egere putat in ipsorum iniuriam, iuxta illud in cap. Cum Marth. § finali De- celebrazione Missarum. In iuriam facit martyri, qui ora pro martyre.] Si vero iustus orat pro iis qui sunt in purgatorio, di- stinguendum est. Nam vel ipse iam beatus est, & oratio eius tantum est imperatoria executionis diuini decreti, quo Deus statuit ab aeterno ipsis in purgatorio existentibus do- nare beatam vitam interuenientibus aliorum precibus: vel adhuc est in hac vita: & oratio eius non tantum est impe- tratoria, sed etiam satisfactoria pro iis pro quibus orat ut patet ex testimonio quæ adduci solent ad confirmanda fragia viuorum pro defunctis. Sufficiat ad nostrum institu- tum attingere illud ex lib. 2. *Machabœorum cap. 12.* in fine. Sancta & talibris est cogitatio pro defunctis exortare, ut a pec- catis solvantur.] Et illud D. Gregorio relatum in cap. *Anima. 13.* quest. 2. Aniuæ defunctorum quatuor modis solvantur; aut oblationibus Sacerdotum, aut precibus Sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut ieiuniis cognatorum.] Cur vero tale quid contingat potius orationi existentis ad- huc in hac vita quam regnantis in celo, causa est; quod status huius vitæ sit merendi ac satisfaciendi, non item status vitæ futura. Id quod his verbis in 4. dif. 45. quest. 3. ad secundum D. Thom. attigit.

Suffragia Ecclesie sunt pro defunctis, quasi quedam satis- factiones viuentium vice mortuorum: & secundum hoc mortuos à pena absoluunt, quam non soluerunt; & d. Sancti qui sunt in partu non sunt in statu satisfaciendi, & ideo non est simile de eorum orationibus, & de suffragiis Ecclesie.] Ceterum quod ut pro viuis, sic & pro defunctis beati orient, ex eo patet, quod Ecclesia pariter pro virisque intercessio- nem illorum imploret: ut fidem facit collecta frequentier in Missa, & ordinatio in publicis Litanis, re citari solita. Sic enim habet: Omnipotens sempiterne Deus, qui viuorum domini- naris simul & mortuorum, omniumque miserationis quo tuos fide, & opere futuros eff. prenosci; te supplices exora- mus, ut pro quibus effundere preces decreuimus, quosq; vel praefatis seculum adhuc in carne retiner, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus San- ctis tuis, pietatis tuae clementia, omnium de lictorum suorum veniam consequantur.

Iam si iustus orat pro existentibus adhuc in hoc mundo, oratio ipsius, pro iis pro quibus orat, imperatoria est, etiam bonorum temporalium: ut constat ex eo, quod orante Moyse, Ioseph vicerit Amalech, *Exod. 17.* & quod sua oratione idem Moyles imminentibus ceruicibus Iudeorum, auerterit penas & flagella *Exod. 32.* Item quod orante Elia data sit plu- uia 3. *Regum cap. 18.* Est quoque eadem oratio peccatoris, pro quo funditur imperatoria remissionis peccatorum: non quidem proxime, sed remotè; id est, non quod Deus ad preces iusti det gratiam peccatoris nihil operanti (non enim datur nisi penitentiam habenti, dicente Domino *Luka. 13.* Nisi penitentiam egeritis, omnes peribitis) sed quod det illi speciale auxilium, cui si cooperetur, conuertetur ad penitentiam, per quam diuino beneficio consequetur remis- sione peccatorum. Ad quod facit tum quod *Matthei. 9.* paralytic profuit fides adducendum ipsum ad Christum; tum quod Christus ipse *Luc. 16.* monerat. Facit vobis ami- cos de mammonia iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.] Quibus verbis indicatur pec- catores precibus pauperum, quibus fecerint eleemosinam, iuvant et refurgendum à peccato. Adde illud Iacobij. Orate pro inuicem ut saluemini.]

Est denique eadem oratio ipsi oranti (sicut alia ipsius bona o- pera proper Deum facta) & meritaria, & satisfactoria. Quod si pro iusto fundatur oratio iusti, ea potest esse huic satisfacto-

ria: quia et si unus non possit mereri alteri gloriam, que vni-
cuius redditur secundum operam suam: potest tamen pro ea fatis facere
ob communionem Sanctorum existentium in gratia: Deo scili-
cer acceperante peccatum ab uno susceptam, vice peccata ab al-
tero suscipienda in satisfactionem pro suis peccatis. Alioquin
enim non esset vltus indulgentiarum, per quas non modò
Christi, sed etiam Sanctorum satisfactiones nobis applicatur.

Denique si iustus oret pro iis qui sunt in inferno, oratio est
infructuosa: & nisi ignorantia excusat, est reprehensibilis,
tangam inepita petuio conuentum ad aeternam salutem,
pro ijs, quibz illa Dei immutabilis decreto sunt exclusi: ut pa-
ter ex illis irreconcilabile sententia Matth. 25. Ite maledicti in
ignem aeternum.] Et certè si de quibusquam intelligi potest
illud Iohann. 1. Est peccatum ad mortem, non dico ut pro illo
roget quis: j maximè potest de ijs qui in peccato mortaliter de-
cesserunt, atque adeo in inferno cum epulone separari, probabiliter
creduntur. Pro quibus non esse orandum statuitur 13, quæst.
2. cap. In presenti. & cap. Pro obediencia. & 2. quæst. 5. cap. Placuit: &
in sequenti quæst. 8. cap. Quæcumque Clericus. Plenus de
hac te differentem Azorium in lib. 9. mor. al. infit. ca. 31. qui vo-
let videre potest: ut & de eo, quod pro omnibus orandum
sit ex priori ad Timoth. cap. 2. & de eo, quod omnis homo, etiam
hostis, aut alienus, aut infidelis aut impius & sceleratus sit
noster proximus, quem Dei iussu amare debeamus, & idcirco
pro eo orate quod est amoris, & charitatis officium. Quod
quidem ad omnes illos extendi patet: quia quidam illi ui-
lunt salutem ipsorum possumus sperare a Deo: qui vult o-
mnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ventitatis venire
ex ead. c. 2. Ita ut nihil obstat quia pro eis orandum sit, ut fan-
& fidei lumen recipient: & ab impietatis errore, improbitate
conuersi, ad sanam mente in bonamque frugem re-
uocentur. Quo nihilominus modo, non sit pro aliquo ex tra-
libus orandum in particulari, differendum est ad eum locum
in quo agetur de effectis excommunicationis. Hęcque de o-
ratione iusti pro alijs, haec tenus.

Quod attinet ad orationem peccatoris, item pro alijs, no-
tandum est, peccatorem posse trifariam orare pro alijs: vel
tanquam publicum Ecclesiæ ministerium vel tanquam priuatum: idque vel rogatu alterius, vel propria sponte. Atque si
oresset tanquam publicus Ecclesiæ minister, illius oratio (dum
modo non sit mala ijs pro quibus sit, in Dei gratia existen-
tibus, nequum adeptis beatitudinem, prodebet ratione valo-
ris quem habet ex parte Ecclesiæ, ob huius in Christum af-
fectionem, quo illam instituit, præcepit fieri, non pro-
debet autem ex parte orantis, sicut prodebet si iustus efficit
qua oratio peccatoris, vt talis, tanquam habentis manus
plenas sanguine Christi, non exauditur a Deo iuxta antedicta
num. 53. etiam si eo ipso quod est peccatoris, non sit censem-
da mala vt contra Adrianum docet Nauarr. & Medina ille
in tractatu de oratione cap. 6. num. 40. & aliquot sequentibus:
hic verò in Cod. de oratione quæst. 12. Siverò peccator oret tan-
quam priuatus, rogatu alterius, qui sit in Dei gratia: oratio
quidem illius prodest alio modo potest reganti, ob pium
fuum affectum, perinde ac pio & iusto domino prodest elemosyna
quam dat pauperi per manum peruersi amuli: non autem ex parte
orantis. Si denique pro alio oret sua sponte, tanquam priuata
persona, oratio illius ob defectum charitatis, ei pro quo
funditur non prodest, ne quidem ad satisfactionem pro pec-
catis, nec ad postulatum imperitrandum ex merito aliquo oran-
tis propterea tractat Nauarr. in tract. de oratione cap.
20. num. 33. 34. & 35. Sicutque intelligi potest illud Iohann. 9. Sci-
mus quod Deus peccatores non audit, non autem quod nul-
lo modo audit peccatores. Nam pro diuina sua misericordia & liberalitate, audit pro se orantes ut ante diximus, num.
59. nisi ob malam circumstantiam oratio ipsorum sit mala,
& ideo displices ipsi Deo, vi & quodcumque aliud peccatum dis-
plicer. Quæ etiam est Nauarr. doctrina ibidem.

C A P V T N O N V M.

De præcepto & obligatione orandi.

S V M M A R I V M.

69 Datur præceptum diuinum de oratione, illudq. obligans sub mortali.
70 Talem obligationem communem esse omnibus Christianis.

71 Non esse impositionem pro certo loco:

- 72 Nihilominus inter dum necessarium, & ordinarie melius esse ora-
re in loco sacro, quam in profano: & in loco honesto, quā in fordisto.
73 Nec etiam impositionem esse pro omni tempore.
74 Impositionem esse tantum pro tempore ne cessat.
75 Quando necessitas in qua peccatum mortaliter transgressionem diu-
ni precepti de orando dati, tenuenda sit contingere.

Commune Theologorum axioma est quod notat Gre-
gorius à Valen. secunda secunda dispens. 6. quæst. 2. puncto 3. col.
1684. omnem actum ad aeternam salutem necessarium, pati-
ter esse præcepto diuinum necessarium. Orationem vero talē
actum esse, ex eo patet: quod omnes teneantur aeterna salutis
nostræ cura gerere: quod fatus indicavit Dominus noster
Matth. 6. cum docens nos non esse de rebus ad huius vita
sufficienciam necessaria sollicitos precipit ut primum quæ-
ramus regnum Dei, & iustitiam eius, adeoque ut necessaria
ad aeternam nostram salutem: pro quibus sine dubitatione
recurrentur est ad Deum: quandoquidem aliunde
habent non possunt iuxta illud Iohann. 15. Sine me nihil potestis
facere:] & illud posterior ad Corinth. cap. 3. Non sumus suffi-
cientes cogitare aliquid a nobis, tanquam ex nobis: sed suffi-
cientia nostra ex Deo est.] Ut autem à Deo talia omnia ob-
tineantur, necessaria est oratio, de qua præcepit diuinū ha-
betur ex multis sacrae Scripturae locis: ut cum Matth. 6. dicitur.
Sic vos orabitis, Pater noster qui es in celis, &c.] & cap.
7. Petite & accipietis, quartæ & inuenientis, pulsæ & aperi-
tur vobis.] & cap. 26. Vigilate & orate ne intritis in tenta-
tionem.] & Luc. 18. Oportet semper orare, & non desistere.]
& ad Rom. 12. Orationes constantes] & ad Ephes. 6. Galeam salu-
tis assumite & gladiū spiritus (quod est verbum Dei) per ora-
tionem & obsecrationem orantes omni tempore in Spiti-
tu.] ad Col. item 4. Orationes instante vigilantes in eo:] & prioris
ad Thess. 5. Sine intermissione orate.] & Iacob. 5. Orate pro in-
vincim: ut salueminis.] Ad cuius præcepti obligationem intel-
ligendam sequentia occurunt notanda:

Primum est: illam esse sub peccato mortali: quia tale præ-
ceptum, cum sit de re ex se gravi, virpote necessaria ad aeternam
salutem, ut predictum est, obligat subtiliter aiunt peccata.

Secundum est: talem obligationem esse communem om-
nibus Christianis: nam ad certas personas, autem proposita
Scriptura testimonia refrendat, nulla ratio datu: cum omnes
naturali iure teneantur gerere curam nostræ salutis,
amplectendo media ad eam necessaria: inter quæ, ut ostendimus,
est oratio, quia perimus à Deo peccatorum nostrorum
remissionem, & diuinam ipsius gratiam, atque aduersus re-
tationes auxilium. Cuius petitionis necessitas facit, ut tanta
solicitudine probi parentes, suos infantulos doceant orationem
Dominicam, & salutationem Angelicam, quotidieque
recitandam inculcent: Quod etiam in illorum def. c. tū, præ-
standum patrinis & matrinis inlungitur, De consecr. dist. 4.
cap. Vosante omnia.

Tertium est: Eam non esse impositionem pro certo loco, cū
D. Paulus dicat in priori ad Timoth. cap. 2. Volo viros orare in
omni loco, leuantes puras manus sine ira, & discepratione:
Simili er & mulieres in habitu ornato, &c.] Itemque Ec-
clesia in prefacione Missæ dicat. Verè dignum & iustum est,
æquum & salutare, nos tibi Domine semper & ubique grati-
tas agere.] De qua re latet Nauarr. in tract. de oration. cap. 5.
Ad vitandam autem nimiam prolixitatem contenti erimus
nonnulla annotare ad quotidianum usum commoda. Ac
pimo omnem orationem sive mentalem sive vocalem; &
hanc sive priuatam, sive publicam priuatam recitandam: se-
cundum de publice recitanda, que debet in Ecclesiæ fieri iuxta ius com-
muni videtur num. 11. notat Nauarr. posse fieri in quoquis loco iux-
ta antedicta. Secundum istud ipsum pati exceptionem in
duobus casibus. Prior est, cum oratio fuerit præcepta, cer-
to loco fieri. Neque enim, qui vel ex vototo, vel ex confessio-
ri impositione, vel ex aliqua lege, vel rationabili consuetudine
aut fundatori statuto tenerit Missam aut preces aliquas dicere in certo loco, satisfacit dicendo in alio. Pro
qua re Nauarr. num. 3. iura, & Doctores citat. Posterior casus
est, si non concurrent debita circumstantiae. Nec enim licet
orare in loco in quo daretur alius scandalum, mouendo illis
risum, aut dando occasionem ipsum orantem, de hypocrisi,
aut superstitione damnandi. Tertio ceteris paribus melius
esse orare in locis sacris quam alibi. Pro quo Nauarrus